Fragmentarium

catione ei gentium · 7 emanuel aduentui omnem intendit curam. Est ei materia emanuel · sic omnium propheta
rum · 7 gentium uocationem per emmanuelem factam · 7 factam perpugnare · Modus agendi talis ÷ In principio premit
tit prologum · in quo ostendit quis loquatur · 7 cuius filius · ad quos loquitur · 7 quo tempore suam uidit uisionem · Consequenter
aduocat celum 7 terram · in testimonium diuini iudicii · ut 7 ipsa elementa testentur dominum non iuste iratum · in
uindictam transgressionis mandatorum suorum · Post hec reprehendit iudeos propter ipsam transgressionem · Deinde agit de
natiuitate 7 passione xpisti · 7 miraculis eius · Ad ultimum promisso de exaltatione ecclesie terminat opus
suum · In iudicio agens de remuneratione bonorum 7 malorum · Vnde 7 sic finit · Vermis eorum non morietur 7 ig
nis non extinguetur · 7 erit pene eorum ad satietatem omnis carnis · Premittit autem prologum sic dicens · Visio
ysaie filii amos · 7c ·

In obscuritate ezechiel prophete uniuersa iudeorum (consonant) concordat subsellia · apud quos sancitum ÷ ut nullus principium
geneseos · 7 cantica canticorum 7 principium 7 finem ezechiel ante xxx etatis sue annum docendo uel dis
cendo legere presumat · Scriptura enim sicut leones terret 7 agnos fouet · quia si ubique esset obscura nos non pas
ceret · si ubique esset aperta nos non exerceret · Est ergo per parte obscura 7 per parte aperta · ut in sacre scripture pascuis
7 simplex uir pascatur habundanter 7 sapiens uir pungatur · Cum autem in multis sit grauis 7 obscura · in ezechiele tamen ipsa
in grauitate excedit · ut in quanto laboriosius queritur tanto gratius in memoria habetur · Quod enim diuus profunda non tantum a
perit quam inuoluit misteria · ut dignitatem 7 locum quem iohannes tenet inter euangelistas · ezechiel tenet inter proph
etas · Alii tres prophete sicut matheus · 7 lucas 7 marcus · qui cum hominibus morantur in terris · Iste uero ut iohannes irreuerberato lu
mine solis radios spectans · sicut 7 iohannes tamen xpisto deo usque ad celorum tendit ingressum · ut inter iiii animalium faci
es · merito aquile 7 nomen 7 dignitatem acquirit · Hic ezechiel cum rege ioachim in babilonem captiuus ductus ÷
tricesimo etatis sue anno 7 ad concaptiuos penitentes · qui ad uaticinium iheremie se reddiderunt
sermones · cum adhuc uidentes ciuitatem stantem quam ille casuram dixerat exorsus ÷ loquitur · Prophetauerunt autem eodem
tempore licet iste posterior · Iheremias in iudea · iste in chaldea · Sacerdos fuit sicut ieremias · Sermo eius
non disertus non nimis rusticus · Principium 7 finem habet obscurum · Est ergo prophete intentio in hoc opere · captiuita
tem sub sedechia futuram · uel restitutionem predicendo · destitutionem diaboli 7 membrorum eius · 7 restaura
tionem mundi · per primum aduentum · 7 secundum prophetare · Modus talis · primo tempus · personam locumque describit · In prima
autem uisione · currum aurige · 7 que sunt · iiii · animalia rote · Deinde ipsum aurigam sub specie electri se
uidisse testatur · post destructionem ciuitatis · et altare pronuntiat in iudeis consolationem · tamen predicta
quam prefacta pronuntiat · post ipsam suo tempore destructam ostendit · Postea quoque sepe in principium · et sacerdo
tum sui temporis · 7 nec non culpa plurimi ire 7 extra captiuitatem sustinebat · Inuectionem faciens de
aduentu ueri pastoris 7 principis · tandem sub typo ossium aridorum 7 uiuificatorum generale describit
resurrectionem · Circa finem uero per gog · 7 magog · hostes ecclesie designat et eam debachaturos · 7 ab
ea superandos · Ad ultimum uero post tabernaculum moysi · quod presentem ecclesiam designat · 7 post templum salo
monis · quod celeste domum ponit · uel utrumque comprehendit edificium in quo ierusalem celeste non terrene in corpori
bus · sed celestis primo · in animabus · secundo · in corporibus mistico more describit

Difficultatem ezechiel uniuersa hebreorum subsellia 7 magistri testantur · apud quos in iudeis
tum fuit ne quis principium geneseos · non cantica canticorum · non exordium ezech · non finem legeret priusquam sacerdo
talis ministerii etatem · i · xxx · annum impleuisset · ut ita tamen ad misticos intellectus 7 perfecta sciam ple
num humane scriptis congrue applicaret · In cuius rei exemplum dominus infra predictam etatem sedens
in templo · cum sapientibus 7 senioribus non docebat · sed ab eis humiliter non tamquam ignarus interrogabat · Hoc
etiam in decretis prohibetur ne quis ante xxx annos in sacerdotii presbiteratus gradum promoueatur · Huius etiam difficulta
tis · certum prebet indicium · quod de · iiii · animalium figuris · ezechieli ut iohanni figuram aquile sortitur · Ezechi
el enim ceteros prophetas · sicut iohannes inter alios euangelistas · Ysaias · enim · aquile sublimi uolatu alias aues

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.7, 1v – Petrus Lombardus: Prologus in Isaiam; Prologi varii
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-4if4/5131/49070)